Biblia latina
[Strassburg: Johann (Reinhard) Grüninger], 1483 Seite 547



PSalterium rome dudũ
poſitus emendaram· ⁊ iu
xta ſeptuaginta interpre/
tes· licet curſim: magna
tamen ex parte correxerã.
Nõ quia rurſum videtis o paula et eu/
ſtochium ſcriptorum vicio deprauatum
pluſq̃ antiquũ errorem q̃ nouã emen/
dationem valere: me cogitis vt veluti q̃/
dam nouali· ſciſſum iam aruum exerce/
am· ⁊ obliquis ſulcis renaſcentes ſpinaſ
eradicem· equũ eſſe dicẽtes· vt quod cre
bro male pullulat· crebrius ſuccidat. Un
de conſueta prefatione cõmoneo· tã vos
quib⁹ forte labor iſte deſudat· q̃ eos qui
exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint
vt que diligenter emendaui· cum cura ⁊
diligẽtia tranſſcribanſ. Notet ſibi vnuſ
quiſq̃ vel iacentem lineam· vel radiãtia
ſigna· id eſt obelos· vel aſtericos· ⁊ vbicũ
q̃ viderit virgulam precedentem· ab ea
vſq̃ ad duo puncta que impreſſim⁹· ſci/
at in ſeptuaginta tranſlatorib⁹ plus ha/
beri: vbi aũt perſpexerit ſtelle ſimilitudi
nem: de hebreis voluminib⁹ additũ no/
uerit eque vſq̃ ad duo puncta· iuxta the
odotionis dumtaxat editionem: qui ſim
plicitate ſermonis a ſeptuaginta interp̃/
tibus non diſcordat. Hec ergo ⁊ vobis ⁊
ſtudioſo cuiq̃ feciſſe me ſciens: non am/
bigo multos fore· qui vel inuidia vel ſu/
percilio malint contemnere videri p̃cla/
ra q̃ diſcere· ⁊ de turbulento magis riuo
q̃ de puriſſimo fonte potare.

Explicit prologus. Incipit liber Hym/
noꝝ vel ſoliloquioꝝ. Pſalm⁹ dauid. I.

BEatus vir
qui non abijt in conci/
lio impiorum: ⁊ in via
peccatorũ non ſtetit: et
in cathedra peſtilentie
non ſedit. Sed in lege dñi voluntas eius
⁊ in lege eiũs meditabitur die ac nocte.
Et erit tanq̃ lignum quod plantatũ eſt
ſecus decurſus aquarum: quod fructũ
ſuum dabit in tempore ſuo. Et foliũ ei⁹
non defluet: ⁊ omnia q̃cunq̃ faciet p̃ſpe
rabuntur. Non ſic impij non ſic: ſed tan
q̃ puluis quẽ proijcit ventus a facie ter
re. Ideo non reſurgunt impij in iudicio
neq̃ peccatores in cõſilio iuſtorũ. Quo
niam nouit dominus viam iuſtorum: et
iter impiorum peribit. Pſalmũs da/
uid. II

QUare fremuerunt gentes: ⁊ po
puli meditati ſunt inania. Aſti
terũt reges terre ⁊ principes cõ
uenerunt in vnum: aduerſus dominũ ⁊
aduerſus chriſtum eius. Dirumpamus
vincula eorum: ⁊ proijciam⁹ a nobis iu/
gum ipſorum. Qui habitat in celis irri/
debit eos: ⁊ dñs ſubſannabit eos. Tũc
loquetur ad eos in ira ſua: ⁊ ĩ furore ſuo
conturbabit eos. Ego autem conſtitut⁹
ſum rex ab eo ſuper ſion montem ſanctũ
eius: predicans preceptũ eius. Dñs di/
xit ad me filius me⁹ es tu: ego hodie ge/
nui te. Poſtula a me ⁊ dabo tibi genteſ
hereditatem tuã: ⁊ poſſeſſionem tuã ter/
minos terre. Reges eos in virga ferrea
⁊ tanq̃ vas figuli ꝯfringes eos. Et nũc
reges intelligite: erudimini qui iudica/
tis terram. Seruite domino in timore:
⁊ exultate ei cum tremore. Apprehendite
diſciplinam: ne quando iraſcatur dñs ⁊
pereatis de via iuſta. Cum exarſerit ĩ bre
ui ira eius: beati omnes qui cõfidunt in
eo. Pſalmus dauid cum fugeret a fa
cie abſalon filij ſui. III

DOmine quid multiplicati ſunt
qui tribulant me: multi inſur/
gunt aduerſum. Multi dicunt
anime mee: non eſt ſalus ipſi in deo ei⁹.
Tu autem domine ſuſceptor meus es:
gloria mea ⁊ exaltans caput meum. Uo
ce mea ad dominũ clamaui: ⁊ exaudiuit
me de monte ſancto ſuo. Ego dormiui ⁊

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0544
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG